



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

V-/

SIGNAT. DISCCCCM.

HONORIS SVPREMI
OFFICIUM

V I R O

NOBILISSIMO AMPLISSIMO
EXCELLENTISSIMOQVE

IO ANNI ANDREAE
PLANERO

MATHEMATVM SVPERIORVM

PROFESSORI PVBL. ORD

IN

ACADEMIA VITTEMBERGENSI

OPTIME PROMERITO

A. C. cto 10 cc xiiii PRID. KAL. SEPTEMBREIS

FATIS SVIS B. B. Q. DEFVNCTO

NON SINE ACERBO MOERORE

TESTABANTVR

PATRONI COLLEGAE FAVTORES
ET AMICI

VITTEMBERGAE

EX OFFICINA HORNIANA



On potuit fieri, quin, qui mihi proximus
esset,
Afficeret graviter me quoque morte
sua.

ita in funere divi Planeri doloris sui sensum
exprimebat

Henr. Clausius/

Theol. D. ejusdemq; et Philos. Prim. Prof. P., h. t.
ACAD. PRO-RECTOR.

*S*ic igitur, Præclare Poli spectator, ad astra
Tendis, ubi placido membra sopore cadunt.
Nunc super æthereas enare licentius auras
Ipse potes, Coeli limina quando patent.
Vicisti curas: nosti quo machina motu
Vivat, & an propria mole laboret opus.
Hinc coeli cupidus, misera statione relicta,
Ascendamus, ais, vivere cura fuit.

συλλυπημα. dabat

Gottlieb VVernsdorfius, D.

Non

Non curat numeros, mensuras, pondera, lethum:
Astrorum ut fallat computus ipse, facit.
PLANERVM in medio rapiunt sic fata labore

Censendi numeros! Sors misera ecce hominum!

Martinus Cladenius, D.

Sidera lustrasti vivus, PLANERE, corusca,
Atque Tibi curæ signa fuere poli.
Lumina nunc claudens, valeat Tubus opticus, inquis,
Opticus absque Tubo sum videoque Deum.

Georg. Frid. Schrocer, D.

NOcte dieque vagas qui sese abdebat in artes,
PLANERVS moritur, sub febris igne cadens.
Sic, quem non cepit spatiosa scientia rerum,
Augusti spatium nunc capit, ecce! soli.

I. B. Wernber, D.

Wat dieser Grauerfall gleich Frau und Kind betrübet/
Und deren Eltern auch im tieffen Schmerz gefeßt;
So weiß man doch/ wie Gott die Seinen also liebet/
Daß Er Sie nach dem Creuß mit neuer Freud ergöset.
Gottsfried Siebus/ D.

BEYERUM sequitur, vivum quem vivus amabat,
PLANER, nec dubitat cum moriente mori.
Solvat amicitias, dissolvat & omnia fatum,
Vos, quos junxit amor, dissociare nequit.

M. H. Griebner, D.

CVrarum fatis est, fatis est pariterque laborum,
In coelis felix otia, Dive, capis.

Io. Godofr. Bergerus, D.

Q*Vid bene facta iuvant? docuisti fideliter artes,
Et miris Pindum concelebrasse modis;
Num minus exanimis his ipsis reddimur, atque
Num vitam nobis pulpita trita dabunt?
Prob! non; PLANERVS deflendo funere monstrat,
Quod nec sufficiant ista referre dies.*

Christ. Vater, D. & P. P.

QVae radio quondam scripsisti, sidera spectas,
Cunctaque perdiscis, quae latuere prius.
Felix, qui potuit duros finire labores
Leto: nam curas nil nisi terra parit.

A. Brendelius, D. Anatom.

& Potan. P. P.

N*On honor, non virtus, non proles, non nova Nupta,
Ficere fata valent. Sic funera moesta PLANERI
Commonstrant: nec scimus adhuc vox quando sonabit
Horrida: Mors vocat ad portas: veteres migrate coloni.
Sed, si SUPREMO visum, mens est beaterram
Linquens lactatur mox coelica scandere tempe.
Hinc prudens didicit discrete spernere Mundum.*

Sympathias causa fer.

Johannes Carolus Nævius, D.

QVantum Te colui uiuum, post fata suprema
Tantum Te doleo, perpetuoque colam

Supremis honoribus Viri clarissimi dedit

M. Fridericus Strunzius,

Ord. Philof. Ass. & h. t. DEC.

Certatum

Certatum satis est: Solvuntur vincla laborum,
Nunc est militiae parva corona Tuae.
Terra capit longum defessum munere corpus,
Spiritus ad coeli gaudia liber abiit.

Ultimis DN. PLANERI,
Collegae de re literaria optime meriti, honoribus lu-
gens dedit

Jo. Christoph. Wichmannshausen,

LL. OO. Prof. Publ. & Facult. Phil. Sen.

Ergo Tibi fordet statio mortalis, &, umbrae
Instat abit praefens vita, futura placet?
Hem, nihil in mundo est, quod ab omni parte beatum
Dicere iure queas. Patria vera Polus.
Sistantur lacrimae, rides mortalia felix.
O nimium faustos, qui Tua regna colunt.

Georg. Guil. Kirchmaierus,

P. P.

Nigamur, mortemque procul, procul esse, putamus:

At medius latet haec abdita visceribus,

Quis scit, an adiciant bodiernae crastina summae

Tempora Di superi? mors inopina venit.

PLANERI exemplum docuit fallacis in ipsa

Spe vitae longa lubrica fata suae.

Confernit moeror, fateor, Viduam sobolemque;

Ast Deus his nungquam desinet esse pater!

Lug. Fac.

Ernestus Christianus Schroederus,

Prof. Publ.

BEYERVM, moesto nuper quem carmine flevit,

PLANERVS sequitur, contumeliosus humo.

Sic, qui funereo PLANERVM carmine flemus;

Forre aliquis nostrum debet & huncce sequi.

brevis quorundam parva vita brevitas perpetuam fragilitatis humanae memoriam commendat

Martinus Hassen,

Moral. ac Civit. P. P.

PLANERO excusit lacrymas BEYERVS ademptus,
Nunc mors PLANERI nos lacrymare jubet.

suavitas scriptis

David. Theod. Lehmann,

P. P.

B

Dum

DvM duplicem queritur lugens Academia cladem,
Ac nimium dura spicula saeva necis:

Tu debellato laetos ex hoste triumphos,

Summa intet coeli gaudia, victor agis.

Jo. Guil. Janus,

Hift. P. P.

Svada, fides, candor, vincolo conjuncta jugali,
Atque Mathematicis artibus apta manus,
Ornabant pariter PLANERI nobile pectus,

Cuncta tamen sati praeripit atra dies.

Flete Virum, Musae; jacturam plangite Vestram!

Maclatur damno post Themis ordo Sophum.

Gemebundus scribebat

Ioh. Caspar. Haferung/

D. Archi-Diac.

ERgo rapit tantos, tam parvo tempore, mortis
Funere tam subito vis peracerba Viros?

Ante dies paucos Beyerum luximus omnes,

Solvimus & tanto debita iusta Viro?

Nunc obit Aufonio dives sermone PLANERVS,

Inclita Thespiadum pars columenqve chori.

Quam paucis hominum spatiis describitur aetas,

Quam cito praeda tibi mors, spolumqve sumus.

Jo. Casp. Brendel/D.

NOn moritur Diuus, quem vera scientia rerum
In scriptis uiuum post sua fata facit.

Cujus, ni citius praeuertus morte fuisset,

Major, si potuit, fama futura fuit.

Lugens adiecit

Christian. Jacob. Heil, D.

Vix charum magni Beyeris funus humatum,
Cum mortem celebris Planeri nunciat omnis;
Ac ideo luctus permagnos luctibus auget,
Et facit, hocce vetus refricetur uulnus eodem,
Dum quiuis senit majores inde dolores.

P. C. S.

Christianus Hoffmann/

Phil. & I. V. D.

Saeva

Sacra rapit doctos, rapit inclementia fati,
Nec rabidae mortis janua clausa manet.
PLANERVS Musas, natum uxoremque placentem
Lingvit, & aetherei pergit ad astra poli.

Christianus Lemcke, D.

Quadruplici quatuor plus quam lugemus in uno,
Quos nobis gemitu mors rapit una uiros.
Nam cecidit Vir, qui Sapientum Doctor in arte,
Theiologus, Medicus, Jure peritus, erat.

J. G. Hartungius, D.

Heu, cecidit subito nostrum decus, ille **PLANERVS**,
Castaliaeque fera morte reliquit aquas.
Quem Musae faciunt celebrem, virtusque coruscum
Reddit, quemque probat livor & ipse bonum.
Hunc prematuro, prob! funere nunc obisse
Plangimus,heu, nimium Lacbesis atra furit.
Sed frustra querimur, nostra qui mente caducus,
Is nunc in coelo gaudia sancta capit.

Abr. Vater, D.

Qui coeli motus inuestigabat & astra,
Coeliis placuit, cur? revocatus abhinc.
Protinus a Superis est in confortia sumtus.
Nam rimabatur mente Superna graui.
VIR Celebris gnaue docuit, gnaueque uocatus,
Gnauius ut itellas perspiciatque polum.

Haec in obitum Mathematici Celeberrimi I. p.

D. Christianus Georgius Bebelius,

M. P.

P**LANERVS** atris ecce! sororibus
Succumbit, axem tangit & etbera,
Clarus triumphat, vertiturque
Aethereum radians in astrum.

Haec dolens scribebat

Lic. Joh. Christianus Ortel.

Ein

In jeder Lehrer strebt nach Gottes Freuden-Himmel/
 Und/ welcher so mit Ruhm dieß Glaubens-Ziel erlangt/
 Der fraget weiter nichts nach diesem Welt-Betrümmel/
 Weil Er vor Gottes Thron in großen Ehren prangt.
 Und dieses Glück hat der seel'ge Mann erreicht/
 Den unser Elb-Athen iekund zu Grabe schickt.
 Drum/da Er aus der Welt in jenes Leben weicht/
 Und Gott nun Seinen Geist mit süßen Trost erquicket:
 So mag man wohl mit Recht von dieser Reiche sagen/
 Daß ein dergleichen Tod das größte Glück sey.
 Kein Ungemach kan ja den Seeligen mehr plagen/
 Er ist nun aller Noth und alles Kummers frey.
 Allein/wie stehet es um den Professor Orden/
 Darinn' der Seelige ein werthes Mitglied war.
 Er ist in kurzer Zeit zweymahl betrübet worden/
 Kurz stund ein Beyer/ iekt ein Planer/ auf der Bahr.
 Mein Gott erhalte doch die andern theuren Glieder
 In unserm Elb-Athen/ daraus der Seel'ge zieht/
 Es komme so ein Riß sehr spät und langsam wieder/
 Gott gebe/ daß es stets an Deyl und Segen blüht.

Dieses schrieb mitleidend des seel. Hrn. Pro-
 fessoris Beicht-Vater

M. Augustus Wolff/
 Prediger.

Die deutsche Redlichkeit war wahrlich angebohren
 Ihn/ O Wohl-Seeliger/ und hat mit Ihn verlohren
 Ein nicht geringes Theil. Dein Stylus war beliebt
 Dem ganzen Meusen-Chor/ drum ist er ikt betrübt.
 Herr Planer/ruhe wohl in deinem düstern Grabe/
 Indesß dein Zeichen-Stein die kurze Grab-Schrift habe/
 In dieser neuen Gruft schläfft ein Nachanael,
 Wir folgen/ wenn Gott will: Der Tod steht an der Schwel.

Diß wenige schrieb/ aus Schuldigkeit zu Christlichen Andenken
 gegen den Wohlseeligen Hrn. Professor, in Eil/

M. Johann Heinrich Reismann/
 Prediger. Herr

Herr BEYER ist dahin / Herr Planer folget nach!
Das ist ein harter Stand / für uns'rer Mufen Orden:
Du armes Wittenberg! du wirst bald klagen Ach!
Wie? sind die Lehrer schon zu Staub und Asche worden!

M. Hermann Becker/

Adj.

Heu, subito sequeris BEYERVM / cujus acerba
Fata rigas lacrimis: qui Patris instar erat.
Quosque pius jungebat amor, constringit Amicos,
Disjunctos modicum, lex truculenta necis.
Amplius haud metuenda uenit diuulsio dira:
Spectatis faciem perpetuoque DEI.
Tot turbisque solutus: nunc, PLANERE, quiescas:
Cui tenuis curæ fors mea semper erat.
Illius haud unquam puduit, didicille, professus,
A quo multa breui: noxia lenta mora est.
Ergo memor teneræ prolis, Viduæque relictae,
Sit Numen, Patris compleat atque uices.
Inde DEVM precibus deuotis inuoco: seruet,
Cum PATRIBVS, iuuenes incolumesque diu.
Compenset clemens, quæ passum, damna, Lyceum:
Floreat hinc ALBIS, Pieridumque chorus.

Fautori & Amico, post fata colendo, illacrimans
apposui

M. Georg Michaelis Cassai, Hungarus,

Collegii Philosoph. Assessor.

Eheu, BEYERVM PLANERIADEM pariterque,
Mense uno luctum conciliare duplum!
Eloquar? aut scribam? sed vis obmutuit oris,
An taceam? at famam non siluisse decet:
Clara uiris laus est, sed nil praeclarior ista,
Quam docuisse Scholam, quam coluisse Deum.

His fata non minus BEYERI, quam PLANERI, Virorum spem
praeter atque opinionem extinctorum, lugens prosequabatur,

M. Joh. Adam Calo,

Coll. Phil. Adj. & SS. Th. Cand.

Eheu! PLANERVS flebilis occidit!
Coeli meatus qui radio, & situm,
Flexus planetarum, ac recurfus
Innumeros tubo docebat.
Per quem Latinus splendor, & Hellados
Creuere uires: Occidit, occidit!
Interque lugentum coronam
Ad superas revocatur auras.

C

Num

Numquid ualebit Tartareum genus
Contra coruscantem Palladis aegida?
Laurus, cupressusque, & Suada,
Digna parant monumenta cedro.

Lugens scribebat

M. Jo. Godefridus Leschnertus,

Fac. Phil. Adj. & SS. Theol. Cand.

Dignus erat, coeli qui subueheretur ad axes,
Quem studium tenuit, summaque cura poli.
Haec tenus in terris docuit, didicitque, Mathesin,
Nunc mixtus Diuii interiora capit.

Victimis Celeberrimi VIRI honoribus
lugens, dolensque d.

M. Io. Herm. von Elswich/

Ord. Phil. Ass. & S. Th. Cand.

BETERVS cecidit, cecidit PLANERVVS & Ipse,
Prob dolor! indignus Doctor uterque mori.
Altitonans, Numen, crepitantes fulminis ictus
Comprime, & a docto pelle Sione procul.

Observantiae & luctus testandi causa monitus
adiecit

M. Christianus Carolus Stempel,

Facult. Philos. Adjunct.

Vnde suos hodie capiat mens nobilis ortus?
Non satis apparet, Philosophosque fugit.*
Sed, quorsum vadat, postquam mors uncula soluit,
Nos Scriptura Dei certius alma docet.**
Ad caelum redeunt animae post fata piorum,
Sed fontes intrant, pro fine sole domus.
Mens TVA, DIVE, poli geniis ascripta triumphat,
Inque TVIS libris mens TVA celsa uiget.

*uid. omnino DIVI Disp. infer. Noua DE ANIMAE HUMANAE PROPAGATIONE
sententia, hab. hic Vitemb. ∞ Io c c XI.

** Luc. XVI. Apoc. XIII. &c.

F. lugens

M. Christianus Fr. Kranevvitterus,

Chemnicensis, P. L. C. Ord. Ord. Phil. Assessor
& Lycei Opp. Rector.

Post exantlatos nunc tot tantosque labores,
Te melior recreat grata, Beate, quies.

Lugens scribit

M. Jo. Frid. Weidlerus,

Ord. Phil. Assessor.

Qvam

Quam solers Sophiae doctor re, Leucori, linquit,
Ipsae quem Clariae succubuisse dolent!
Et quis non doleat, tot munera, tantaque, mortem
Eripuisse sua, Leucori, falce tibi?

Moeſta moleſtaque uena
fundeſbat

M. Godofredus VVagenerus,

Ord. Philoſ. Aſcriptus, Lyc.
Vitteſb. Pror.

Leucoſeis, quoties, memini, te dicere, Athenis
Excedam, loca mox ſed meliora petam.
Excedis, meliora petis loca, Leucoſeiſque
Pro Solymis Solymas tendis adire poli.

Honori ſupremo
Civis ac Patroni longe deſideratiſſimi,
non ſine gemitu, dabat

M. Samuel Cnauthius,

Miſenenſis, Acad. Vitreſb. Biblioth.
publ. Praef.

Dein **V**ENN hatte kaum diß Zeitliche verlaſſen /
So folgt ſtu / **S**EEZGEBZEN / Ihn auff den Fuße nach /
Wnd muſteſt unvermuth wie Er / ſo bald erblaſſen /
Das ſchmerzt die Deinigen / und bringet Weh und Ach!
Doch / der diß Weh geſchickt / und alſo hart geſchlagen /
Der tröſte Sie darbey und lindre dieſen Schmerz /
So / daß Sie auch zugleich im Trauren können ſagen:
Gott meint es dennoch gut / u. hat ein Vater-**H**erz.

Denen hinterbliebenen zum Troſt
ſchriebs

M. George Friedrich Kau/

V. D. M.

Hoch-**E**lder / deſſen Geiſt aus Babels Mauern weicht /
Und iſt in Sions-Burg den Seraphinen gleich /
Wie heftig beuget mich Dein unverhofftes Scheiden /
Weil mir durch Deinen Fall zugleich mein Herze bricht /
Das unter Ach und Weh bey Deiner Bahre ſpricht /
Ach / könnte Leucoris doch Deinen Tod verneuen!

Der

Der theure BENEDI ist in etwas kaum betveint/
 So sieht man wiederum was vor ein Unstern scheint/
 Der PRANENS Trefflichkeit und ungemeine Gaben
 Der klugen Welt entzieht. Jedoch was sag ich diß/
 Wer PRANENS Wiß gekennt/der schreibe vor gewiß:
 Er soll in Wittenberg ein ewig Denckmahl haben.

Auß schuldigem Mitleiden/schrieb dieses wenige

Erich Friederich Obergkampff/

Du hast uns schon vorher dein Scheiden angedeu-
 tet/

Du hast dir endlich selbst die Augen zugedrückt.
 Heißt dieses nicht sich recht zum Tode zugeschießt/
 Und unerschrocknes Muths zum Sterben zubereitet?
 Wir sind zwar insgesambt umb deinen Fall betrübt/
 Doch wohl/ wem Gott wie dir/ ein sanftes Ende
 giebt!

Hiermit wolte seine schuldige Condo-
 lenz gebührend abstatten

Christ. Godofr. Frank/

J. U. Cult.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.2855981

von
1818

HONORIS SVPREMI
OFFICIVM

V I R O

NOBILISSIMO AMPLISSIMO
EXCELLENTISSIMO QVE

IO ANNI ANDREAE
PLANERO

MATHEMATVM SVPERIORVM
PROFESSORI PVBL. ORD

IN

ACADEMIA VITTEMBERGENSI

OPTIME PROMERITO

A. C. cio 10 cc xiiii PRID. KAL. SEPTEMBRES

FATIS SVIS B. B. Q. DEFVNCTO

NON SINE ACERBO MOERORE

TESTABANTVR

PATRONI COLLEGAE FAVTORES
ET AMICI

VITTEMBERGAE

EX OFFICINA HORNIANA

